

nehit, si tamen dignus cui conferatur, apparet. Vi-
vetis quippe tritico, et germinabilitate quasi vinea, que
translati a ex Aegyptio, Palæstina lati finibus occu-
paverat, et memoriale vestrum sicut vinum erit Li-
bani: id est, gloriæ vestre erit tanta flagrantia,
quanta vini quod optimum in monte Libano gene-
ratur.

Vers. 9. — *Ephraim, quid mihi ultra idola? ego exaudiam et dirigam eam, ut abietem virentem, ex me fructus tuus inventus es.* Quæ cum ita sint, inquit, ut disputatio nostra perdonuit: id est, unam hanc esse viam salutis, quam cultus nostri numinis religio-
que patefecit: ponite profanitati [Ant. profanatis] saltem modum, cujus nunquam sentire debueratis exordium: et unius, qui verus est, Dominus, tota fide ac devotione coherescit: nec veritatem ejus in men-
dacio tenetum putetis, ut incommunicabile nomen idolis adscribatis. Sed scitote, quod non solum præ-
ceptis, verum ipsa negotiorum voce didicistis, me-
num esse, cujus sicut cultores æterna felicitate potiuntur, ita desertores æternae misericordie obruantur.
Ego sum enim qui exaudi supplicantibus, qui possunt et soleo sanare contritos, dirigere contortos, sae-
cundare steriles, inventare pereunte, suscitare mortuos,
et in eam celsitudinem, quos vegetavero, sublimare,
ut de palmis aut rubis in abies et cupressos pro-
cisse videantur.

475 Vers. 10. — *Quis sapiens, et intelligit ista?* intelligens et sciens haec? quia rectæ via Domini, et justi ambulabunt in eis: prævaricatores vero corrueant in eis. Merito volumen suum admiratione conclusit, cuius utilitatem et per præcepta et per exempla monstraverat. Similiter, ut doceret, caussam omnem peccatorum et misericordiarum de stultitia contigisse, laudavit sapientem, qui uniuersa quæ sunt disputata perpendens, utilitatem via-
rum sacrarum sine quo cognoscere posset: quod per eas justi videlicet cum severitate graderentur, prævaricatores autem quique corrueant, admittendo videlicet sa-

* Antea sapiens intelligit, renuentibus aliis libris, ipsoque Auctore nostro sub fluem, ubi versum hunc repetit.

Aut verbum hoc cesserat, negandi significatu accipiendum est, ut idem sit ait ait defecrat, et con-
tineatur defecit: aut nullus accesserat, legendum est.

Acri'gia, et exitia sustinendo. Notandum sane quod aiunt loca ista, que secundum prædictam a propheta historiam, prout capius noster ferebat, exposui, etiam ad majorum rerum significat quem possint valere. Nam illud quod de Sennacherib dictum est, *Ero mors tua, o mors, ero morsus tuus, inferne, etiam de ampliore negocio, secundum quod gentium magister ostendit, accipi potest. Nam cum ad Corinthios super manifestanda resurrectione loqueretur: Ubi est, mors, inquit, aculeus tuus? ubi est, mors, Victoria tua? Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Jesum Christum Dominum nostrum (1. Cor. 15.). Hie enim quasi ventus urens, quippe qui ignem venerit mettere super terram (Luc. 12.), de deserto **476** ascendisse prohibetur, quia de utero Virginis, at quam secundum nature leges vir quasi cultor b' cesserat, germinavit: et venas mortis suntemque ejus fecit, arescere, ut non haberet jus secundo repetendi eos, quos senet in æterna gaudia Redemptor suscitassem. In-
caronatione siquidem ipsius sacramento, ros gratiae in Ecclesiæ arva descendit, ut passim diversis virtutibus fructuosa virtus liliisque prodirent, et fieret multiplicationis fidelium tanta felicitas, quanta es-
set agri pleni frugibus, fructibus, floribus gloriantis. Sicque convertentur sedentes in umbra ejus, id est diversæ nationes sub protectione Ecclesie requie-
seant concupiscent, ut et corporalis, et spiritualis vi-
goris alimoniam in vino, et tritico consequantur. Igitur illa, quæ sub Ezechia est, impleta liberatio, a libertate, quam Christus tradidit, et euangelium ex-
plieatur, et gratias. Quis sapiens, et intelligit ista?
Intelligens, et sciens haec? Quia videlicet positus sit Dominus in ruinam et resurrectionem multorum: nec per calles ejus confidenter incedant, in quibus sectatores criminum collabuntur, nisi qui ex toto pictore constentur Christum Dei esse virtutem Deique sa-
pientiam, unusquisque cum eo fieri spiritus, quis stu-
disque contendunt.*

Prior sensus nativus est magis, atque Auctoris menti conformior: alter clarioribus paulo verbis exponitur. Alterutrum orationis contextus, et propositæ mys-
ticæ series omnino exigit.

* Lectum autem Intelligit.

COMMENTARIUS IN JOEL PROPHETAM.^a

477 Cum ad haec prophetica, vel abdita, vel si com-
petentius nemora dixerim, audax quidem, sed ammi-
niculis religionis potius quam temeritatis innoxos,
perunculator accederem: si frui sensibus licet, b'
b' haud plebeia luce perspicuis, sed arcane splendore
reverendis, quam Editionem assunere (sunt enim

* Vetus inscriptione erat Rufini Aquilejensis Presby-
teri in Joel, etc. Idem certe Auctor est, qui præ-
cedentes in Oseam Commentarios elaboravit, seque-
ipse in hujus contextu operis prodit.

b' Lectum contrario sensu est haec tenus aut, pro
haud negandi particula, quam nos substituimus. Mox
quoniam assumerem scriptum virtuose erat pro assumere.
Interpunctionis peccata, quæ sensum ferme evertet-
hant, dissimilat. Ceterum comparandus hic est lo-
cens cum illo, quem habet Auctor initio Commenta-
torum in Osee, de eadem versione ista ex Hebreo,
quam de nomine vocal Hieronymianam.

pluscula) delegisset: notavi videlicet ultimam quæ
secundum Hebreum vocata, quod in ea magis elocutionis
esset integritas, quæ vel docentis affectum,
vel communianis exprimeret. Ipsius ergo Translationis
judicis [Forte indicio] conpperimus, alium esse
XII. Prophetarum ordinem apud Hebreos, * quam

* Ex Hieronymo, qui Præfat. Comment. in hunc
rundem Prophetam, Non idem, ait, ordo est duode-
cim Prophatarum apud LXX. interpres, qui in He-
breica veritate retinetur. Illi enim, etc., quæ referenda
ad verbum huc sunt. Et sub initium Commentarii:
Quomodo autem in Osee Prophetam..... sub no-
mine Ephraim, ad decem Tribus consertus vaticinum....
sic in Joel, qui iuxta Hebreos secundus est, omnes
quod dicitur ad Tribum Juda, et ad Jerusalem perti-
nere credendum est.... Tempora quoque in quibus
prophetarit, eadem debemus accipere, quæ et in Osee
legimus, etc.

quem vulgatior Editio continet. Per illud, quod non in omnibus prophetis indices temporum tituli prælegantur, nentiquam incertum fit, quibus aetatis eorum singuli prophetaverunt: quandoquidem traditio per manus missa commendet, sub i. s. **478** regibus eorum, qui sine titulis leguntur, vinguisse doctrinam, sub quibus ante eos prophetaverint, qui titulis instruantur. Proinde et beatus Joel videris an sequetus inter coezeros sancto Osee, quem ante eum legimus, comprobetur: eorumdem videlicet regum crudelitatem contumeliasque perpetiens, eadem sacilegia populi furentes accusans, eadem impudentia criminosis tormenta denuncians.

CAPUT PRIMUM.

Incipit autem ab admirantis potius, et quasi commixtis affectus:

Vers. 1. — *Verbum Domini, quod factum est ad* *Joel filium Fatuel.* Hoc, inquit, doctrinæ, immo censoræ munus imposuit famulo suo doctor æternus: nomine quippe verbi totam, quam visurus est, doctrinam pariter indicavit. Pater quoque prophetæ non de nihilo memoratur: sed quoniam sanctitatem pollementum, quotiens non solum virtutes, ceterum Majores etiam nominantur, fiat eis cum parentibus suis dignitatis æquatio, siveque et illi, vel justi, vel prophetæ, vel pontifices judicentur. Ille ergo causa laudanda radice in germine, et honesta et gravis docetur. Illud autem quod quidam ^a Commentatores etymologias etiam nominum **479** prosequunt sunt, de his videlicet laudum semina colligentes, idest, *Joel* ^b quod ἄρχοντος incipiens transferre possumus, Phatuel latuendo Dei, et reliqua in hunc modum, ut puerilia et inepta sunt, ita plus negotii vindicentur habere, quam comodi.

Vers. 2. — *Audite hoc, senes, et auribus percipite,* *omnes habitatores terræ, si factum est istud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum.* Habitum concionatoris ingreditur, magnitudinem calamitatis quæ Israelitis contigit, narraturus. Ecce, inquit, vocem

^a Est aliquid, quod ipsum de nomine Hieronymum non nota, quem certe in animo habuit, aut præceteris, aut solum perstringere. Ejus tempore sunt etymologias illæ nominum Phatuel et *Joel*, ex quibus eruditissimos, et maxime analogicos sensus in rem suam deponit. *Phatuel*, inquit, in linguam nostram vertitur, latitudo Dei, rel aperiens Deus, ut in Marco legimus *Salvatorem ad ardum, mutuque dicentem, ephphita, etc.*, quæ satis concinne ex aliis tribus Scripturæ testimoniis eo refert. Tunc, *De latitudine et adaptione generatus, appellatur Joel*, quod apud nos sonat, incipiens, vel, est Deus, dicente Apostolo, *Frates, ego me non arbitror comprehenduisse, et cetera, quæ de Exodo, Esther, Joanne et Psalmis congerit, et proposito suo aitat.* Quæ Noster cum puerilia et inepta vocare audet, et quæ plus negotii habeant, quam comodi, ipse fastidiosus homo est, et ab ejus, cuius nomen mentitur, Hieronymiani amuli, Rutili, inquit, ingenio alienus, qui ejusmodi etymologias in suis Commentariis studiose consecutatur, ut videre est in Benedictionibus Patriarcharum, hisque jamdudum ab Origenis magistri sui lectione assueverat.

^b Divinandum fuit, quid sibi illud vellet monstrum verbi, quod antea oblinebat; pro Graeco enim ἄρχοντος, quod non substituimus, scriptum erat his literis ιωκε. *Hoc.* Quas quidem Graecas effingere veus librarius voluit, ut ipsi characterum ductus subindicant, sed ignotam vocem describendi falli solemne est, et quedam cum Latinis literis similitudo facile fecum fecit. Sed et prior Editor, quid hoc rei esset, non assequitus, in pejus videtur verbum depravasse interposito puncto. Scriptum fuerit in eo, quo utabar exemplari, grandioribus literis, M.E, quod pro Ke, et NOC, quod pro *Hoc* accepit. Ut habuerit se rex, quam nos lectionem, ἄρχοντος, restituimus, vetus

A vestri fletus antico, et quo l ad inviadum motu erat conquestio, primus enuncio, non vos unis, videbit alterisque subjacuisse verberibus, excitatis calamitatis spumantium instar undarum novis semper præcedentes miseras depulisse. Omnes ergo jam ad auerendum incole convenit: vel vos, qui senioritate istius plurima pericula collegitis [Ant. collegisti], vel vos qui minus licet habeatis annorum, tamen vigenti memoria p-testis continere, si quid simile a parentibus accepistis, quale in præsentem confluxit aetatem. Immo quid dicam? solos consulamus annales, quasi exemplorum solatia requirentes, cum in eum cumulum miseras gentis nostræ ascensisse perpendam, ut nihil tale vel apud futuros possit existere. Et senes ergo, et habitatores terræ, qui vel percipere auribus, vel audire jubeantur, non diversa aut merita signat aut studia, sed simpliciter et audiunt, imperatur. Quæc est illud in psalmo: *Audite hec, omnia gentes: auribus percipite, omnes qui habitatis orbem, quique terrigenae et filii hominum, simili in unum dives et pauper* (Psal. 48.). Pluribus atque modis nihil aliud, quam homines quos convocat iudicando, signavit. Quod ideo breviter annotavimus, quia quidam in his vocabulis multam esse differentiam crediderunt, per quas hoc plurimum inutilium expendere verborum. Sed nos quid propheta cum tantæ admirationis ambitu deserat, audiamus.

Vers. 4. — *Residuum erucæ comedit locusta, et residuum locusta comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo.* ^c Diversas calamitatum species comprehendit, quas Judæorum populo deplorat illatas: quarum singulæ cum incident, ita fructus auni spemque e-insundunt, ut agriculturarum pectora seruunt pariter et formido communuant. Quæ sane incommoda illis non semel sed plerique accidisse temporibus, vel ipso quem **480** dissenseris propheta, vel Heuteronomio denunciante, colligimus. Unde et illorum opinionem qui hoc omnia de hostibus dicta testimoniast, ^d refutamus. Nam et erucam, et locustam, et bruchum, et rubiginem, ad Assyrii et Chaldæi, et

^c ipse error insinuat, evincit vero vocis interpretationem, idest, *incipiens*, quæ nominis *Joel* etymologia est, confirmat denique Hieronymus in *Prefat. Joel*, inquietus, ἄρχοντος, idest, *incipiens*. Vide si lobet et *Nom num l brum*, ab eodem S. Doctore Latine reditum ex Graeco Tomo Operum III.

^d Rescribit vetus Editor ad libri oram, *unius videbit*, alteriusve, etc. Sed cubat in subsequentibus mendum; et sane miseriis pro miseras legi praestabat.

^e Iterum magno Hieronymo, suppresso nomine, insutat, verbaque inutilia vocal, quæ ille mysterinotatu dignissima hoc versu proponit, et lucu entis explicat. Satis supræque sit ad sancti Doctoris vindicias. Lectorem ad ejus eruditissimam expositionem loci amandare, quam cum legerit, dicas ejusmodi nauic et nihil faciet.

^f Vtiose antea legebatur *Diversitas*.

^g Atque heic tertio Hieronymianam expositionem Noster sugiliat. Sanctus autem Pater ex Hebreorum traditionibus ipsoque ore ibi loquitur, quos antiquitatum rerumque suarum noverat peritissimos. Erucam, inquit, *Hebrei* *Assyrios interpretantur, Babylonios, atque Chaldaeos, qui de uno ortis climate procedentes, tam decem tribuum, quam duarum, hoc est, Israelitici populi cuncta vastarunt. Locustam autem Medos in erpetuntur, et Persas, qui subverso imperio Chaldaeorum, Judeos habuere captivos. Bruchum Macedonas, et omnes Alexandri successores, maximeque regem Antiochum cognomento Epiphænem, qui instar bruchi sedet in Iudea, et omnes priorum regum reliquias devoraverit. Rubiginem referunt ad imperium Romanorum, qui quarti et ultimi in tantum oppresserent Judeos, ut de suis finibus eos pellerent, etc.*

Macedonici, et Romani populi putaverunt significationem valere: quorum opibus nimurum Iudeorum est attrita Respublica, sub descriptione videbent locustarum, vicissitudinem hostium publicationem esse credentes. Quod utique a viderentur per aliquam consequentiam suspicati, si nihil calamitatum Judaei nisi ab hostibus pertulissent. Cum vero et famem gravissimam, et prodigialem sicut beati Helice temporibus siccitatem, et mortem subitam variasque corruptiones pertulisse doceantur, quid fuit necesse eam quoque penuria, quamvis locustarum et bruchorum intulerit mentionem, gentium incursionibus applicare? Intelligentes ergo simpliciter verba prophetica, magis quam eadem alio, quo libuerit, transferentes, locustas et erucas non cataphractos equites aut clypeatos pedes, sed vermiculos rapiedes et minutus pennatusque accipianus animantes: quae ita sibi tunc in profanata gentis tormenta successerunt, ut sedulo custodirent vires nocendi, et si quid praecedentibus remansisset, id totum quae sequebantur absumerent. Quan sane perniciem sanctus Joel impudentem magis, quam jam illatam prophetali induetur aspectu: et ideo illis, de quibus agatur, misericibili securitate torpentinibus, ipse quasi benignus, et spectaculo tali consternatus, inclamat:

Vers. 5. — *Experciscimini ebrii, et flete, et ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore vestro.* Moraliter prorsus inchoata conquestio, que in calamitate communii illos primum, qui gravius erat ris eadem latrui docentur, appellat. Acerbius enim inordet penuria deli iis assuetos, et luxuriosis non solum inopia, sed etiam frugalitas ipsa tormentum est. Cum ergo egestatis esset incommoda narraturus, a mediocribus coepit, et deliciarum tantum damna contingit, quae non in commune cunctis, sed belluantibus tantum possunt esse me uenda: eosque tam illiter estimat, ut propter solam voluptatem vivere voluisse pronunciet. Proque ut status talium meretur, adjungit, ut b diligenter, et expurgescantur, eorum saltus rerum immunitate dispendio, quarum studiis est **481** indormire consortio. Nulla vos, inquit, studiorum hactenus habuit cura distractos, nec compunctionis stimulum tantorum criminum conscientia suscitavit: sed servis omnibus desideriis, quasi ageratis a justitia liberi: victa est patientia judicis aterni-impudentia et obstinatione peccantium: d crevit vos debitis subjungare verberibus, et prima isthac deliciarum, quibus abutimini, instrumenta subducere. Cujus sane penuria quamquam processus etiam ad mediocres inopesceret, veniat, vos tamen etiam exordia ipsa cruciabunt. Quos ergo nihil docuit disciplina justitiae, incipiunt saltus timoris et stimulus experiri, et date lachrymas virtus, quas officiis non dedistis: quique nunquam doluistis sauciata innocentiam, fleto demum temulentiam destitutam. *Experciscimini ebrii, et flete: ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro.* Causas, inquit, offensionis gravissimae consecutu luxurie præstitatis: nec laitis temporisvisque convivis aut simplici ebrietate contenti, sed vinum permiscendis dulcibus corruptis, et irritamentum epulis artificio comparasti, ut omne vita spaciun inter lascivia et temulentiam disperiret. Ecce nunc tempus ejusmodi ultiō advenit, quae populandis terrarum fructibus deliciarum potissimum instrumenta subducat. Haec vos ergo primos, inquit, eternam vexabit [Ant. vexavit], quia frugalitatis ignarus experientia pœnarum fit iniuriantem copiarum. Et quoniam rationis oblieti, besiōrum vos similes reddidistis, in ipsis saltus quibus incu-

A batis thoris et cubilibus, ulilate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quia periit ab ore vestro. Cum denunciationi propheticæ censoris exprobratio permiscetur, ostendit quia homo in honore constitutus non intellexerit (Psal. 48.), et in lepro brulis, quibus se similem reddidit, compare ur, daunum quippe, ut diximus, vite potans detrimenta, d ut quia luxuria sego sub ipso fragore mole ultionis exigit, ut quia nescit flere, vel ululet: quale est in lud in psalmo: *Famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem* (Psal. 58.). Oportuerat ergo, ut ratio vos potius compunctionis stimularet, quam armata doloris morsibus excitaret: sed quoniam ejulari nimio consulentiam perdidistis, ut non jam provideatis, sed tantummodo sentire possitis, ululate percuti si, qui non timuistis admoniti. Et quæ est causa talium lacrymarum?

Vers. 6.-8. — *Gens enim ascendit super terram meam, fortis et innumerabilis: dentes ejus ut dentes leonum [Al. leonis], molares ejus ut catuli leonis. Posuit vineam meam in desertum, et sicum meam decoraticarit: nudans poliavit eam et project: albi facti sunt ramii ejus. Pl nge sicut virgo accincta sacco super virum puberis sue.* Temporibus quidem illis, quae beati Oscae titulo continentur, frequens etiam Assyriorum narratur eruptio: sed quia non uno genere temeratores legis suæ rerum conditor affligebat, ideo inter hostiles populationes, has quoque lues accidisse, quas denunciat propheta, colligimus: in quarum sane descriptionem, multam operam intentus expendit, **482** consilio nimurum et arte med cantis: ut saluarem illum timorem, qui illecebras cogit horrescere, in audientium pectoribus commoveret, nec denunciati terroris stimulos sub indicio brevitate transcurreret, sed consideratione rerum immorari audiorem doceret, cuius emendatui tota haec plagarum ambo i parabatur. Nec solum descripsisse contentus, pergit etiam verborum pon teribus auger, quod geaserit. Denique locustarum agmina gentis numerum adscriptis, quasi per turmas manipulosque gradientis, et coquus n minus esset novitas, quam magnitudi formidini. Huius enim si escentiam potius, quam membra consideres, videbis dentes ejus leonum catulus, imo ipsis prædandi peritis leonibus conferendos: neque enim difficultius ab his germina, quam ab illis armenta vastantur. Et quanto minus ad victimum mortalibus grecos constat eommodare, quam fruges: tanto amplius frugum, quam gregum populatorem incommodat, inhibantaque sanguini guttura bestiarum. Si d ipsu lac frugum et graminum saeviens locusta consumit, et ideo etiam pecora, qui non mandit [*f. quæ non mandant*] interficit. Omnes enim sylvas viuore despoliat, et quasi naturæ ipsius conditione, vi clavis imitatur: ut quemadmodum sole in hyberno dixerit, humor arborum ad interiora compellitur, siveque frondium honore deposito, robora nuda consistunt, quæ si rusticandi ignarus aspiciat, desperat posse revivescere: ita istud agmen, quod advenire deplo, haud solum mollia graminum, sed maturæ etiam vieneta consumet, nec pomis albata vindemia temperabit, dulces quippe fleus amaro dente populabitur, et ita dedita opera totum corticem persequeritur, per quem vitalis nimurum poterat succus illabi, ut alba pro viridi sylva visatur. Cum ergo, nec [*Ant. ne*] creditam sibi frugem terra restituat, nec spontaneus palmiten fructus inclinet, nec pomorum solertia ægris annus cultoribus subministret: quia superest, nosler popule, nisi ut calamitatem tuam fleibus persequaris? sed ita irriguis et plurimis, et solent foeminae quæ luctus viduntatis oppressit, et

taque proprius videtur ad verum. — Vereor ne non sic etiam sensus uat. obvius. Edit.

* Admonet vetus Editor legendum judicis; mox quoque pro consideratione in Ms. exemplari suo haberi consideraturis.

^a Lectum antea minus recte, videntur.

^b Placeret utique magis, ut vigint.

^c Antea stimulos legebatur: quod non mutasse, si et incipiant lectum fuisset plurimum numero.

^d Aut heic error cubat, aut in ἰσοχώλων hujus fine post verbum evigilat, et addendum vel expurgiscatur:

eorum virorum societate privantur, quibus fuerant a virginitatis sue tempore copulatae.

Vers. 9. — *Plange sicut virgo accincta sacco super virum pubertatis suarum: perit sacrificium et libatio de domo Dei [Al. Domini]. Opportune ad regionem magnitudine oratio: quia enim dixerat viduatis luctum totius gentis plancibus exequan lum, cur hanc similitudinem protulisset, commemoratu regionis absolvit. Nam sicut saepe alias, ita et apud beatum Osae, quasi in locum uxoris se Deus noster Synagogam adscivisse prouinciat: sed illam adulterium more conjunct ionis istius parta violasse, ac se diversorum deorum cultus subdividisse. Ergo quoniam, et hic ab impendit calamitatis exordio in immensum narratione processit, et post dispendia quasi primae temulentiae, quae luxuriosis dolenda sicutavit, armina euincolatissime est egestatis illata, cuita pariter et lustra vastant, per quae haec non solum communis almonia, sed nec illa, 483 quae secundum religionem erant offerenda, superercent; id vero quasi ad similitudinem viduatus mulieris convenitur, quippe quae per hoc videatur mortiti discussione cruciari, quod oblationis et ceremoniarum instrumenta perdiderit, quibus per diurna sacrificia et placere Deo, et adhuc rere credebat.*

Vers. 10.-12. — *Luzerunt sacerdotes ministri Domini. Depopulata est regio, luxit humus, quoniam devastatum est triticum, confusum est vinum, et elongavit oleum. Confusi sunt agricultores, ululantur viuatores super frumento et hordeo: qua periret mes is agri. Vineas confusa est, et fucus elongavit, malogravata [Ant. malogravata; al. malogrenatum], et palma, et malus, et omnia ligna agri eruerunt, quia confusum est gaudium a filiis hominum. Eo usque ad publicanum inopian pervenisse, vastante videlicet locusta, bruchus et rubigine, ut hostiarum quoque indigenia sequeretur, nec per nos propositionis imponerentur altari, consequenter primi sacerdoti levitatemque lugebant: plebe autem reliqua, quasi ab eterno conjuge repulsa, vindicarum instar (ut dicimus) ingemiscant, quis et ipsa terra ornata omni viriditatis sc fertilitatis amissio, squalore lugentis adoperia est. Non enim tristis huic populi frumenta messor eripuit, non fertilitatem suam vitis, quia gravata constiterat, ad dulcia musta perduxit: sed tanta cultura frustratione decepit, ut mendacium suum videatur erubescere. Similis oleas pulsavit invidia, elongaverunt malogravata cum fucibus: nec ultum genus ponorum meliore potuit conditio subsistere: sed cum gaudiis spebusque mortalium, tam graminis periere, quam gramina. Non est dissimulandi tempus doloris, omnes lugentium habitum menteaque suscipe: totterium enim genus impedit exitu, quibus tam spes anni lamentanda, quam res est.*

Vers. 13.-14. — *Accingite vos, et plangite sacerdotes, ululate ministri altaris, ingredimini, cubate in sacco, ministri Dei mei, quoniam interit de domo Dei vestri sacrificium et libatio. Sanctificate [Ant. Sacrificate] jejunium, vocate castrum, congregate somes, omnes habitatores terre in domum Dei vestri, et clamate ad Dominum. Magnitudine calamitatis exposita, omnibus quidem populis stetis impendere descriperat, sed quia lacrymarum tantummodo spectaculo commoveri, miserantur potius, quam docentis officium est, propheta autem animo parentis induitus, nihil nisi proutilitate conciliat: nunc quoque ordinate ad lamenta conducit, ut non vacuis letibus tempus absuman, misericordias suas lugubribus nimborum vocibus persequentes, quod utique, et religiosos et fortes animos decoret: sed ipsa lacrymarum munera secundum sacrae legis regulas ordinantes, messem præparent gaudiorum, tantumque seruum mentis indulgentia, quantum sufficit ad indigneum judicis, et offensio-*

nem, quam rerum amissionem dolentes. Vnde proinde, ait, sacerdotes, asperis vestimenta mollia uultates, habitum ingentium animumque suscipite, sed et quod ad curam vestram specialiter pertinet allegantes, deesse videlicet, unde divino cultui servatis. Quid vero spectat ad populum: 484 Sanctificate jejunium, id est indicite sub ea denunciatione, ut si quis forte contemnerit, quasi sancta violaverit, arguantur. Ille est, quod ait, Sanctificate jejunium. Similis autem, inquit, omnes, nescit non solum relata validos, sed quos etiam imbocelles habet vel infantia, vel senectus, pro magnitudine periculi ad communionem officii convocate. Et enim consequens, ut eundem repellat afflictio eam calamitatem, quae erat in omnes communiter sevitira. Non autem debet nobis opportunitas intelligentiae subtilis elabi: universi siquidem jejuniu[m] communiter imperatur. Convocate, inquit, senes, omnes habitatores terre in domum Dei vestri. At si illa inopia (quae supra descripta est) totis regionem finibus obtinebat, ita ut nec sacrificium solenne possit offerri, quoniam iterum magne sanctificationis ambitu[us] jejunum unum eisdem plebibus imperatur: cum ulti[us] ue sub tanta in gentia constitutis, difficilius factu[us] [Ant. factum] esset cibum parare, quam continuare jejuniu[m]? Ergo debeamus advertere, quia aliud sit esurire, aliud jejuniare: hoc ad exhortationem virtutis respicit, illud vero ad mortalitatis augorem. Ideo non placet Dominum afflictio reorum, sed correctione penitentium: neque opus est tibi, sed compunctione curandis. Sordes enim luxurie nequaquam seruum bonis malisque communis, ceterum amica tantum generosis mentibus disciplina depelli. Et ideo jejuniu[m] peto, inquit, quod de officio venit, non esurientibus inquam et inciliare jejuniu[m], ut quod inopia molestam fecerat, reddat devotio fructuosum. Sed haec nos pro adiunctione auditiu[m] dixerimus. Ceterum potest consequentia prophetica sententia maiore compendio vendicari. Impendentem enim calamitatem magis, quam jam irruentem vaticinator annunciat, meritoque admonet sacerdotes, ut plebem ad jejuniu[m] convocent, et h[abitu]m supplicationibus occurrant his calamitatibus, quas audiunt imminere.

Douique sequitur: [Vers. 15.-18.] — A A A die! quia prope est dies Domini, et quasi vestitas a potentie tenet. Numquid non coram oculis vestris alimenta perierunt? de domo Dei vestri laetitia et exultatio? Compatuerunt jumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipata sunt apothecæ, quoniam confusum est triticum. Quid ingenuit animal, magierunt greges armanti? quia non sunt pascua eis; sed et greges pecorum disperierunt. Postquam lugentium habitum, ut saceo videlicet operti, id est aviici cilicis convenienter, propheta composuit: nunc etiam, tua fungi debant oratione, subjungit, et exclamacionem dolentis bis terque congenerans, quia vim ictuum quibus plaga incurvantur, expressit. Haud ob aliud profecto, quam ut formidinem et compunctionem in cordibus audientium pronuntiatet calamitatis ambitio suscitaret, ac si diceret: Credite oculis meis, credite sensibus, acie prophetali non solum illata, sed etiam ventura cernentibus: ejus nimborum quae tolerari debeat 485 calamitatis pondus insistere, et ad cujus ictus singulos quasi convulsi visceribus collabamur. Sic enim sibi eruca et locusta, bruchus, rubigo succedet, ut cessatio praecedentis inconveni, quae respirationem videatur aliquod polliceri, graviora misericordia tormenta comportet. Ac die, ille Dominus, quo reos videlicet destinavit uincisci, non quasi tenu sit vexatione terribili, sed eam vastationem ferat, quam potentissimum quae ulti[us] utor invehernet. Cujus videlicet viribus, nec audacia resistentium quiret ubi-

textus nostri præferunt. Mox quunque, non est pascha, minori numero pro non sunt, etc.

* Supplendum tam ejus, id est, judicis, aut lato quidpiam.

† Ceteri autem libri omnes, atque ipse Hebraicus

sistere, nec subtrahere quippiam caliditas ocellatum [Al. ocellatum]. Quid igitur sit. *Vastitas a potente remet, vel comparationem positam accipe, ut non minus valitaram castigationem sciamus, quam si esset potentissimi aliquius regis aevitura victoria.* De quo colore etiam illud in psalmo est: *Excitatus tanquam darmiens Dominus, tanquam potens crapulatus a vino; et, percussit inimicos suos in posterioribus, opprobrium sempiternum dedit illis* (Psal. 77.) : vel certe, non per exemplum, sed pro singularitate factam intelligamus commemorationem potentis, nequitam unum aut duos, sed cuncta quae voluerit abesse difficultate patrantis, siveque potens Omnipotens tem expressione videat. *Quia prope dies Domini, et rastitas a potente veniet.* Numquid non coram oculis vestris alimenta perierunt? Non est, inquit, tempus ut impedimentum mediocre formides, et colligendis tantum fructibus a hand etiam collectis calamitas inferratur, sed sub ipsis oculis vestris, ut iam repositis confidatis alimentis: nec solum privatis domibus, sed etiam templi xario inopiam imminentis praedico, ita ut latitia, imo consolatio universa depereat. Nec sane ablatis frugibus victimum pecora ministrabunt, quia et ipsi permicem depasti montes, et consumut virorū indicent. Quibus utique propiantibus malis ostendit se propheta pulsari, quod vel ad spiritualium sensuum judicium valer, multum se ultra hos corporeos porridentium, vel ad pompam (ut diximus) descriptionis, in populorum cordibus affectum formidinis commoventem. Ergo quasi speciem interrogantis assumuit, dicendo: *Quid ingenuit animal, mugiebunt greges armenti?* ut a respondentis parte subieciret, *Quia non sunt pascua eis.* Sed et greges pecorum disperierunt.

Proinde, cum me ex omni parte intolerabilis circumdet afflictio, b ad te unicum Dominum, manus, voces, vota sustollo: et ut calamitates terre jam dixerit, iam misericordias, animo et corpore stratus imploro. Ecce enim [Vers. 19.] *speciosa deserti flamma consumxit.* In quo sane loco diligens auditor inquirat, que in desertis pulchritudo prædictetur agrorum, quam nova hac exustio invidiosa consumserit: presertim cum nisquam incendii præcessisset querela? consequentia proinde lectionis ostendit, pulchritudinem hic agrorum frondentes sylvas et latas pascua nominari. Ideo autem non culti, sed deserui ruris amœna laudavit, quia armentorum 488 et gregum fecerat mentionem: quia quoniam per nemora latentur et pascua, his utique aliqua clade corruptis, illi quoque subdunur exiit. Ignem autem posuit pro vastatione, quam locusta intulisset et bruchus, si ut etiam legimus in psalmo: *Posuit pluvias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum, et percussit viucas eorum, et contrivit crine lignum finium eorum* (Psal. 104.). Proinde cum omnium sylvarum et graminum virorum ita locusta bruchusque consumiserit, ut non adesset, sed exuta videantur: consequenter etiam sera bestie ad famis pericula pervenerunt, et ad te unum naturali magisterio doctæ suspiciunt, ut remedium periculo propiciatus apportes. Attestantibus quippe sacris cum veritate ac suavitate carminibus. *Omnia a te expelant, ut des illis escam in tempore.* Dunte te, illa colligent: aperiente te manum tuam, universo implebuntur jucunditate: avertente te autem faciem tuam, turbabuntur. Ausores enim spiritum eorum, et deficient, et in suum pulverem revertentur (Psal. 103.). Proinde sic a te etiam ferarum greges remedium, etsi liquidarum vocum inopes, tamen diversis fauicium sonis postulant: sicut terrarum area susceptis aptata semini-

A bas, aut rorem, aut pluviam, quo germina producuntur, exspectat. Quod si bene consideres, noster auditor, inesse videbis pondus exemplo: animalium omnium istum elementorum natura i appetientia, quæ est utique multo vehementior, comparavit. Sed videamus et reliqua.

CAPUT II.

Vers. 1.-2. — *Canite tuba in Sion, ululate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ, quia veniet dies Domini, quia prope est.* Dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et turbæ: quæsi mane^a extensem super montes. Cum inquit tempus magna vastationis appropet, civitatis incole agrorumque convenient, et orationibus atque flutibus tempus denunciant calamitatis anticipent. Cujus si ego possem ante ipsa rerum experimenta acerbitudem explicare dicendo, videntur mihi fore tales angorum tenebras, quales si contingat altra geminari, ut cum noctem caligo et tenebris faciat densiora: imo si hæc nubes densas, turbinesque consocies, ut solatio siderum penitus excluso, per cæcum aerem fulminum terror intermixetur. Quæ tamen imagines solam mali qualitatem laboraverunt indicare, cujus de quantitate in majorem modum acerbitas augeatur. Ita enim vis, de quo loquimur, mali, universa spacia nostra regionis impletivit [Al. impletabit], quasi limitibus explicatis, omnes simul montes atque colles mane nitidum, id est, rutilans aurora perfuderit. Unam ergo rem et nocti comparavit, et lumi, ut non contrarium aliiquid inferret, sed ut dilatationem ejus et acerbitudem diversitate comparationis exprimeret. *Populus multus et fortis: similis ei non fuit a principio, et post eum non erit usque in annos generationis et generationis.* Quod de locustis magis, ^b quæ de hostibus sit instituta narratio, processu orationis ostendit. Examen quippe 487 ipsum locustarum et bruchorum, cuius irruptionio multiplicem calamitatem peperisse describitur, nunc armato exercitu frenementique compositus: quod utique per comparationem non posset inferre, si de militibus fuisset instituta descriptio. Pergit itaque effectum, inquam, mali per varias species explicare, et dicit qualem terrarum faciem, cum veniret, inventerit, qualem reliquerit, cum abiaret. Nihil, inquit, simile majorum nostrorum vidit aetas, nihil minorum simile videbit.

Vers. 3. — *Ante faciem ejus, ignis vorans, et post eum exurens flamma: quasi hortus voluptatis terra coram eo, et post eum solitudo deserti: non est qui effugiat eum.* Ante faciem ejus, quod dixit, ipsum locustarum incursum volunt indicare, non utique ut faciem locustarum aliud periret incendium, et illæ exusta deinceps rura corrumparent: sed ita, inquit, totas regiones eorum, vastabit incursio, ut non minus quam ignis absumerit. Et quia non efficiuntia probatur incendii, verum levia quæque rerum, ut frondes, ut culmos, ut paleas, crepitantes noxiæ turbisque flammis celestiter solet penitusque concumere: quæ vero materie plus habuerint firmitatis, majore incendii mora superat: ideo, et ante et post, flammam vigore denunciat. Augendi autem ordinem ex arte custodiens, postquam locustam incendio constituit, regiorem quæ vastata sit, terris amoenis irriguisse ait potuisse conferri. Quasi hortus voluptatis terra coram eo, et post eum solitudo deserti: non est qui effugiat eum. Ut tunc utique vis mali gravantis apparcat, ut ea quæ fuerint nimis amœna consumserit.

Vers. 4.-11. — *Quasi aspectus equorum aspectus eorum, et quasi equites sic current. Sic ut sonitus qua-*

^c *describere: Sed et bestiæ agric, quasi area sitiens imbreui, suspergunt ad te, quotidiani exsiccati sunt folios, aquarum, et ignis devorari speciosa deserti.*

^d *Reliqui libi expansum habent pro extensu.*

^e *Recole quæ superius col. 480 dicta sunt.*

^a Fortasse aut, pro negandi particula, legendum est.

^b Transit explicatum subsequenter XIX. versiculum: *Ad te, Domine, clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, et flamma succedit omnia ligna regionis.*

^c Nunc al'crum seu XX. exponit, quem et prestat

drigarum super capita montium et exsiliunt sicut sonitus flammæ ignis devorantis stipulam, sicut [Al. velut] populus fortis præparatus ad prælrium. A facie ejus cruciabuntur populi omnes, vultus mutabuntur in ollam. Sicut fortis current, sicut [Al. quasi] viri bellatores ascendent murum: viri in vis suis gradientur, et non declinabunt a semitis suis. Unusquisque fratrem suum non coaretabit, singuli in calle suo ambulabunt: sed et per sensatras cadent, et non demiliuntur. Urbem ingredientur, in muro current, domos condescendent, per fenestras intrabunt quasi sur. A facie ejus contremunt terra, moti sunt cœli, sol et luna tenebri sunt, et stellæ retrazentur splendorem suum. Et Dominus dedit rocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra ejus, quia fortia et facientia verba [Al. verbum] ejus. Magnus enim dies Domini, et terribilis valde: et quis sustinebit eum? Paulus autem comonui quia magis magisque processu orationis appareret, non de armatis aciebus (sicut quidam opinati sunt), sed de brachis et de locustis narrationem simpliciter instituit. Illorum itaque ut vim effectumque signaret, armatorum et equitum similitudines congregavit. Nec solum narrandi ambitionem, sed etiam comparandi eructionem sequutus, ut magnifice quod suscepserat, ita etiam eleganter explicuit: et cursu ipsum, videlicet irrumptum locustarum, 488 incessu quadrupedantium componendo, et sonum ei crepitui, quem in stipula solet ignis efficere, comparando. Quas quoniā imagines vidit decenter assumtas, multa in eis commoratus industria est: et non solum stridorem atque incursus ignibus equitatique compositus, sed illud etiam sedulo, quod non sparso, sed composito agmine, pleoque gradu [Ant. gradus; et max signi] raderent, plane ut longes aliquæ sub signis, et centurionibus agentes (quia id poscebat terroris causa) signavit. Sicut populus, inquit, præparatus ad prælrium, a facie ejus cruciabuntur populi omnes, talus redigentur in ollam. Si vim, inquit, copiarum militaris etiam disciplina componat, ut non vagi et latrocinantium similes, sed per turnas aciesque compositi, constantibus et animis et ordinibus in bello procedant, ante certaminis adventum, ipso facile timore solvuntur hostes, ut plerumque eorum facies futura moris lurido vestiarunt: ita, inquit, agmina nostras gentes, nec aspectum ipsum ferre ingruentis calamitatis valebunt, sed ad singularitudinem velse, quam suos inficerit, non solum pallescent, sed etiam penitus attrahentur: quippe quibus nec in campo virium, nec in urbibus murorum succurrat auxilium. Locustarum siquidem agmina, quæ ventura denuncio, officium populationis obvenientia, sicut bellacosissimi viri, quounque indignatio vel cupiditas vocaverit, excurrent. Nec solum arva vastabunt, verum etiam intra urbium tecta penetrabunt. Nulla erit impedimento obsistens multitudine: nullum quod irruentes moretur obstatum: inoffensis callibus victrix turba gradietur. Ille enim ait: Unusquisque fratrem suum non coaretabit, singuli in calle suo ambulabunt: sed et per fenestras cadent, et non demoliuntur. Nec solum, inquit, civitatum ædibus irruentes, quasi publico erunt timore contenta: sed in penetralia privatarum domorum, furantur instar, intrabunt. Sicque universos regionis istius incolas et lætabilis auxilia occupabit, ut eis cali moverit, et tremere terra videatur, splendorem suum astra subtrahere, palpabilis tenebris sol ac luna vestiri. Nequaquam autem dubitemus universa cum tanto malorum cumulo ventura: quando hoc agmina, ipse qui est omnipotens ductor indicet, et in perniciem reor. in tali abutatur exercitu: atque ipse signum præcepti, quo incitentur, attollat: eiusque vires, quibus exsequantur sententiam, submin-

B streit. *Magnus enim dies Domini, et ipso ultionis cultu ambitusque metuendus: cuius deprimentem ruinam non posse tolerari, facies prima demonstrat.* Possimus autem has beati Joelis concionantis querelas, quavis cum ipso severitatis sine fragor ad ædificandum valentes, tamen per subtiliorem quoque intelligentiam transferre ad animalium figuram: ut per descriptionem calamitatum, quas regionibus totis ob cruciatum peccantium impendere denuc at, squalorem criminosarum mentium signasse credatur. 489 Neque enim censura sapientis magis miseris existimat quos æramnis, quam quos vitiis viderit subjugatos. Secundum quam regulam, statum profanissimæ gentis, nullis omnino sceleribus abstinentis, tum miseratus, tum indignatus arguit: denuncians primo, se nec facta meminisse, nec futura concordare, que suis videat accidisse temporibus, id est, exiguis quidem mole vermiculis, et qui vix capiant non in uitium, tantam vim ad undarum similitudinem (quæ se continue sequerentur) illatam ut omnia peratum regionis vultumque deferent.

Residuum enim eruce comedit locusta, et residuum locusta comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo. Si ergo humanos animos indicanter [Forts judicanter] inspicias, et vicia needum punita consideres, reprehendens profectio in eis talium statum, qualem regionibus lucis miseranda contulerat. Quatuor siquidem species corruptionis incommoda deserentes, quæ sibi quadam affinitate jungantur, intulit, id est, erucam, et locustum, bruchum, et rubiginem: quas quatuor illis animalium passionibus possimus competenter aptare, spei videlicet, et gaudio, timori, ac dolori. Ex his enim quatuor affectionibus, sed de una origine motionis (videlicet qua afflictam) emanantibus, universa mala, et diversa pariuntur incommoda. Nos autem ea tali decisione signemus, ut erucam folia tantum arborum virentia persequentem, et locustam saltibus magis quam gressibus promovente, ad spem referamus et gaudium, quadam nimurum sua saltatione peccantia: e regione vero bruchum et rubiginem, qui absque ulla operis alacritate insidendo inhærendoque consumat, pavori secernimus et dolori. Cum ergo viderimus aliquem per ea quæ dicuntur ita peccantem, ut pote modestia et pudoris alienum, postquam honestatis ornamenta corrupterit, etiam patimonium suum flagitiis victimumque submittere, exclamemus licet: *Residuum eruce comedit locusta.* Cum vero ediverso alterum adeo ignavia servientem, ut nullum deus liberalis existimet, s. d cum ipse nullo amictu serice dignitatis exultet, si eum etiam latere supiente deprehenderit alicujus superioris improbitas, et sceleribus suis vel a liuorem poposcerit, vel iniuriam: aut certe abnuere tentant, malum aliquod aut quodpiam minetur incommodum, statimque illum videris etiam majoribus, quam putaveras, servitum ire criminibus, dico cum propheta: *Residuum locusta comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo.* Secundum hanc itaque regulam, in omnem vitam mortalium si perspicaciter aciem dirigamus, diversis quidem negotiis, sed in cunctis fere studiis eorum atque temporibus, ubi his prophetæ exclamationibus congrue utamur, offendimus. Tali siquidem viitorum multiplicatione persecum est, ut non solum gramina et germina, quasi naturæ generositas interiret, sed ipsa et vinearum, et olearum, ac licorum, quæ religionis videlicet fuerant instituta muneribus, et poma corrumperentur, et robora. Cum ergo etiam 490 sub Christiano, inquam, nomine constitutos, sacramentorumque adoptione gaudentes, tamen eos nullam virtutum curam habere consperxeris, imo ipsius altaris qui nostros ambitioni

• Lectum antea vitiōse exire.

Rectius et ad Hebraicum pressius Hieronymiana et Vulgat. Edit., cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollam. Et redigentur quidem pro mutabuntur ipse etiam infra Noster, locum hunc repetens, probat.

Videbatur veteri Editori rescribendum *laetatis*. Is certe Auctoris nostri sensus est. Leviora mena quo paulo ante emendavimus.

• Fortasse dubitet rescribendum est.

tantum luxuriaeque famulari, miseranter atque indigenter exclama : *Post il vineam meam in desertum, et sicum meam decorticavit, nudans spoliariit eam, et proicit : albi facti sunt rami ejus, confusum est vinum, elanguit oleum, confusi : unt agriculte, quia messis agri periret.* Ille autem ecclesiarum status, qualem hac potissimum tempestate conspicimus, illam indignationem Dei, quam intremuit propheta, succendit, id est, *Magnus est dies Domini, et terribilis valde, et quis sustinebit eum?* Quo autem sit conilio proditus, qui suscineri nequeat, audiamus.

Vers. 12-14. — Nunc ergo dicit Dominus : *Convertimini ad me in toto corde vobis, in jejunio, et in fletu, et in paucitu. Et sciende corda vestra, et non vestimenta vestra, et convertimini ad Dominum Deum vestrum : quia benignus et misericors est, patiens, et multus in misericordia, et praestabilis super malitia.* Quis scit si convertatur et ignorat, et relinquat post se benedictionem, sacrificium et libamen Domino Deo retro? Ergo pompa severitatis, qua stipatur egrediens ad vindicandum aeternum Dominum, intuentes, animos desperatione prohibere, specie meliori effectu scitote, illum non sciviendi, sed parciendi desiderio terruisse. Neque enim proprii benignitatis oblitus, tam multiplici fragore motae animadversionis insonuit, sed ut in vobis affectum formidinis excitaret. Denique ipsa vos rerum voce compellat, ut ad eum agra denum pectora conferatis, ejusque medicinam aeternis virtutibus obliantes, non solum habitum lugentium, sed totum impletat affectum, cordaque vestra potius, quam vestimenta rumpatis. Quod cum exagerantur, tum etiam eleganter admonuit, ut quia mos plangentum est, a pectoribus vestimenta diducere, illos quoque quasi admoto pectoribus manus alijs ut imprimerentur, admonuit : ac non solum videlicet indumenta, sed etiam viscera, si fieri posset, ipsa rumparent. Verbum quoque arecommodatissimum rei, de qua agelatur, invenit : *Sciende corda, et non vestimenta vestra.* Quae utique sci-sic praeferit ambitionem lugentis, discretionem quoque boni maius videtur indicere, et separationem a flagitiis, quorum commixtione sorduerunt. In melius ergo mutata propositione, vel ea quae sunt prius male gesta, delle, et quippe quibus caussa sit cum benigno, et misericordi Dominu, et praestabilis super malitia, id est, qui ejus est mitatis, quam malitiam vocat, remissionem, si compunctos viderit quos comminatione eruerat, liberenter indulget. Ex usu autem Scripturarum, quasi speciem dubitantis assumvit, dicens : *Quis scit, si convertatur, et ignorat, et relinquat post se benedictionem?* Quod utique pro reverentia judicantis inseritur, cuius tantum vult esse terrorem, ut etiam tuti timantur. *Relinquat autem post se benedictionem,* id est, quia supra dixerat tantam vim egestatis locustis vastantibus 491 infercantur, ut post transiit earum remanueret terra sicut solitudo deserti. Ergo nunc ait, Offerte lachrymas, offerte gemas. Talibus forte hostiis vis animadversionis denunciata lactabitur : ut si immixtum copiam, non etiam absumat alimoniam. *Et relinquat post se benedictionem, sacrificium, et libamen Domino Deo nostro [Al. vestro].* Per ordinem ad praemissa respondit. Supra enim dixerat, magnitudinem egestatis eo usque venturam, ut periret sacrificium et libatio de domo Domini : h. c itaque, cum spem solatii correctis ac preciis emibus vendicaret, adiecit, quod relinqueret benedictionem, quae libamentis serviret altaris.

* Consule Præstationem nostram, ubi de hujus Commentarii Auctore disserimus.

^b Supplendum *vestro*, quod et cæteri libri et Hebraicus textus ipse habet.

* Ita et laudatus nobis Hieronymianus Ms. liber Palatinus habet pro et multis misericordiæ. Tum vero heic subiectando suppleundaque fuerunt verba, quas deerant, et praestabilis super malitia, quæ et libri alii omnes cum Hebraico exemplari addunt. Auctor ipse

A Vers. 15-17. — *Canite tuba in Syon, sanctificate jejunium, vocate cœlum. Congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate parvulos, et singentes ubera : egrediatur sponsus de cubiculo suo, et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, et dicent : Parce, Domine, parce populo tuo : et ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominantur ei nationes.* Quare dicunt in populis, *Ubi est Deus eorum?* Familiare prophetis, ut non sollicite tempora, vel quæ dicuntur genera verborum in delineatione custodiunt : ceterorum sensum implexisse contenti, quasi obvius eloquentibus abutuntur. Unde et nunc cum dixisset, *Egrediatur sponsus de cubiculo suo, et sponsa de thalamo suo, subiecit, Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes, pro eo ut dicent, plorent sacerdotes.* Contentus enim officio censoris, non sibi curiosus modorum : vel certe, ut efficacem fuisse lortationem suam prodiceret, dixit curaturos, quod ut facerent, imperasset. *Inter vestibulum iaque et altare, cœlus, ait, lamentantium personæ : et vos principi sacerdotes, quibus sacrorum rituum delebant custodia est, madeutes ora fletibus, exclamante : Parce, Domine, parce populo tuo, et ne hos, quos decrevisti jure hereditatio possidere, nunc profanis (quibus cingimur) nationibus execratur fieri, despiciuntque patiaris : et si nihil aliud, nobis id saltem apud tuam clementiam suffragetur, quod aitque tua conumelia perire non possumus.* Qui ergo nos tuos credi vocarique servos, ac filios, non solum creando, sed etiam adsciendo, voluisti, noli sinere ut dicant gentes : *Ubi est Deus eorum?* quo videlicet solebat propugnatore gaudere. Que postquam officio præceptoris explicuit, vaticinantis continuo fiducia pollicetur, fuisse populi efficaeas precatus, et quasi pro zelo stimulatum rerum Dominum, defensionem libelium recepisse.

B Vers. 18. — *Zelatus est, inquit, Dominus terram suam, et pepercit populo suo.* Interesse, inquit, prioris dignitatis aspiciens, ne gens, quæ ipsius proprietate censebatur, quasi indigne defensoris perire, et desperatione eam prohibuit, et spe jocunditatis implevit. Ex ejus ergo responsione subiungitur :

C Vers. 19. 20. — *Ecce ego mittam 492 vos a summittum, vinum, et oleum, et replebitimi ex eo, et non dabo vos ultra opprobrium in Gentibus.* Et eum qui ab Aquiloni est, procul suicam a vobis : et expellam eum in terram inviam et desertam, faciem ejus contra mare orientale, extremum ejus ad mare novissimum : et ascendet fætor ejus, et ascendet putredo ejus. Beatus quidem Jeremias et alii prophetæ. Assyrios et Chaldeos dicunt ab Aquilone venturos. Et hic ergo Assirius posset intelligi, nisi, ut supra notavi, alias quoque plagas, secundum quod in Deuteronomio sanxerat, profanato populo constaret illatas. Proinde, secundum institutum ordinem, locutas accipiamus et bruchos, quarum amolitionem placatus Dominus pollicetur : qui hoc sene ad gratiam et dulcedinem liberationis adiecit, quod illa agmina in deserto juxta occumbere, ne fætoris magnitudo de cadaveribus excitati incolis morbum crearet. Ascendet ergo illus fætor ejus et putredo, quia superbe egit : superbe autem eum egis et pronuncians, hand vicium mentis, ceterum magnitudinem calamitatis expressit.

D Vers. 21. 23. — *Noli timere, terra, exulta, et levare : quoniam magnificavit Dominus, ut facere!* Nolite timere, animalia regionis : quia germinare, vel speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, et fucus, et

noster in subnexa expositione agnoscit.

^d Excidisse videtur subsequens versiculos, sive prior versiculi pars, et respondit Dominus, et dixit populo suo, quæ in eadem verba atque proxime præcedens, populo suo, desinens, facile antiquarii oculos fecerit. Certe noster ex illa dominica responsione pergit explanatum, quæ subsequuntur.

* Hieronymus ex prepositionem tacet : Vulgata plurimum numero cis prefert, Hebraic. TN.

cine dederunt virtutem suam. Et filii Syon exultate, et latamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem justitiae. Consequenter ad totam regionem quasi sermo dirigitur, ut ei promittatur recidiva fertilitas, cui fuerat denunciata vastatio. Et per easdem species sermo decurrat, per quas etiam sub adversitate transierat. Dicit itaque, montes pascuis vestiendos, frondosam faciem silvis redire, sicut et vitæ munera suas fecunditatis offerre. Hoc enim est, quod eorum virtutem vocavit, quæ quoniam omnia usui sunt hominum mancipata, merito subiicit: *Et filii Syon exultate, et latamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem justitiae.* Coronavit omnino præcedentes monitus eruditio plena sententia: quæ post depulsionem ærumnarum, et successus optatissimos prosperorum, usurpari a populo gaudia, sed ex quipotissimum delerent parte, signavat: non utique quod fruenda appeterent, sed quod doctorem justitiae reperirent. *Et filii, inquit, Syon exultate, et latamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem justitiae.* Est quidem, inquit, misericors, et qui una succurrendi virtute depellat tristia, elsuccunda contribuit; sed tu, popule meus, in eo potissimum exultare debes, quo cæteris nationibus antecellis: quia doctores videlicet justæ conversationis acceperis, quorum informatus, et modestus ageres et beatus. Quale est illud apud alium prophetam: *Beati sumus Israel, quoniam quæ Deo placuerit, nobis nota sunt* (*Beruch. 4. 4.*).

Vers. 24. 25. — *Et descendere faciet ad vos imbre matutinum et serotinum* ^a *in principio.* Et sic implebuntur **493** horrea frumento, et redundabunt torcularia vino et oleo. *Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, et rubigo, et eruca: fortitudine mea magna, quam misi in vos.* Per diversas species id quod excepit exequitur, et futuram mutationem de tristibus in lata describit. Promissurus ergo fecunditatem, tempestivæ ac serotini imbris prædicavit in lapsu, descendere, inquiens, faciet imbre matutinum et serotinum in principio. Quod Septuaginta, non in principio, sed sicut a principio, transtulerunt, ut facerent sensum: quia offensionibus, quibus annuorum temporum opportunitas erat quasi perturbata, sublati, ad morem suum annus recurral: ut pro diuersitate seminum, vel tempestivis, vel serotinis arva pluvias irrigentur. Quæ tantam sane fertilitatem crebant, ut et horrea tua superentur, et dolia. Potest ergo hoc quod dixit, tempestivum imbreum et serotinum in principio, sic intelligi, ut signe se videatur ordinem commodorum, nec sit ulla in sensibus contrarietas, quasi quomodo in principio dictus sit imber, qui etiam serotinus vocatur: sed ut fecunditatem fructuum pluvia præcessura dicatur, sicut sensus: Mittam primum imbreum, et postea frugum lætitia subsequetur. Quæ cum cultores suos gaudiis viribusque compleverit, obliviones inopie præcedentis infundat, et ærumnae pergit abolere vestigia: ita ut non solum penuria molesia conquiescat, sed etiam detrimeta, quæ præcesserant, supplantur. Hoc est enim quod dixit, *Reddam vobis annos, quos comedit locuta.* Non utique ut momenta temporum, sed ut fecunditas redderetur annorum. Notandum quoque, quia fortitudinem suam et magnam erucam Deus appellavit, et locuti sunt: haud utique, quod ejusmodi vermes ad eternam Dei potentiam aliqua ratione referantur, sed quod earum in misterio, atque populu in afflictionem rerorum munus implevere ultionis.

* Discimus Auctoris quoque nostri testimonio, expungendum, quod heic additæ Vulgata editio adverbium sicut: quod neque Hieronymiani codices, neque Hebraicus textus agnoscunt. Constatibit hoc in agis ex subnexa expositione, quæ etiam unde illud fluxerit, docet. Septuaginta, inquit, non in principio, sed sicut a principio, transtulerunt. Alia ex parte, quam mox Auctor idem noster interserit sic voculam, ubi dicitur, et sic implebuntur, etc., evanđeum librorum auctoritate hinc videtur aīnovenda. Leviora alia quedam

A Erucorum ergo et locistarum ipsa exiguitas potentiam indicat et creatoris et viadictis: qui ubi populus decrevit alterare, nec dentibus bestiarum aliquarum uititur, nec venenis, sed per bruchum et rubiginem opulenta paulo ante regna consumit. Et ideo virtus Dei appellatur, cuius sententiam, quasi strenuus licet, impleverit.

Cum ergo istorum temporum damna fertilitas, inquit, optata correxit: [Vers. 26. 27.] *Et comedetis* ^b, et saturabitimini, et laudabilis nomen Domini Dei vestri, qui vobis fecit mirabilia: et non confundetur populus meus in sempiternum. Et sciatis quia in medio Israëlis ego sum, et ego Dominus Deus vester, et non est amplius: et non confundetur populus meus in æternum. Venit autem ex more propheticō, ut quotiens quæ sunt iæta promiserit, ita etiam in sempiternum mansura denunciet. Quod vel sub conditione duxerat, quæ Scripturis celebrata est, debeamus accipere, id est, Si illi studiis probilis insistant, tunc etiam prospera mansum ire: vel certe, quod ad vaticinantis officium aliquid semper de optantis parte conjungat. Potest autem sensus introserri, cui sane processus ipsius orationis alludit. **494** Nam jam supra dixerat, *Fili Syon exultate, et latamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem justitiae.* Quod quoniam multipliciter possit intelligi, tamen quantum ad rationem temporum respicit, beatum Ezechiam proprio videot ostendere: quem magno circa cultum Dei studio seruisse, fides pandit annualium: cujusque persona regis, sicut præcipue Esaias propheta demonstrat, ad significacionem maioris negotii videtur electa. Ea ergo, quæ per Ezechiam gesta sunt, ad Redemtoris nostri negotia transferamus: ut illo quidem tempore mediocriter impleta, sub Evangelio vero ingentes cumulos adquisisse videantur. Verus quippe doctor justitiae ille est, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi (*Coloss. 2.*): qui traditus est proper delicia nostra, et resurrexerit proper justitiam nostram (*Rom. 4.*): ut justificati gratis per gratiam ipsius, per redemtionem, quæ est in Christo Jesu (*Rom. 2.*), et a veteribus liberaremur erroribus, et soli justitiae subdere: omnemque præteritam rerum salutarium penuriam nova fertilitate pellentes, et doctrina implemur, et copia, Evangelio pollicente: *Querite primo regnum Dei, et justitiam ejus, et haec omnia apponentur et adjicientur vobis* (*Matth. 6.*). Sicque non confundetur adquisitio populus in sempiternum, qui sententia Redemptoris innititur: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi* (*Ibid., 28.*). Illo ergo duce in sui medio commorante, fidelium agmina secura semper alacriaque consistunt: et quæcumque in certaminibus adversa toleraverint, ea ita sentient prosperis succedentibus antiquari, ut ad litorium tantum commendationem processisse videantur.

D Vers. 28. 29. — *Et erit post hæc: effundam spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filia vestra: Senes vestri somnia somniabit, et juvenes vestri visiones videbunt. Sed et super servos meos et ancillas, in diebus illis effundam spiritum meum.* Hujus loci meminit in Actibus Apostolorum beatus Petrus, dicens hanc prophetiam illo suis: tempore, cum in Apostolos Spiritus sanctus descendit, impletam (*Act. 2.*). Animadvertisendum proinde, quia hoc solum de contextu prophetice orationis Apostolus, quod suo tempori congruebat, assumserit,

nos taciti castigamus.

^b Vitiōse hacēns lectum est plamis, pro quo plamis nos restituimus.

* Addunt reliqui libri vescentes, quod et in Hebreo verbum resonat. Mox pro ratis fecit mirabilia, Vulgata fecit mirabilia vobiscum, minus recte Hieronymiana Editio nobiscum habet. Denique subsequenti versiculo duo verba et ego, quæ deerant solenni librariorum errore, sunt autem in reliquis libris omnes, ex eorum auctoritate sufficiunt.

Idest, *Effundam spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filiae vestrae.* Quia enim linguarum scientiam Apostoli fuerant miraculo consecuti, praedictam hanc effusionem spiritus Ecclesiae doctor ostendit, et prophetiam appellavit linguarum scientiam: quae eis non de futuris, sed de recentibus Dominicis incarnationis mysteriis disputaret, tamen non nisi virtutis sancti Spiritus contigiaset. Nequaquam vero solam mentionem donorum fecisse contentus, subjungit etiam illa quæ ad pompam terroris aspicerent.

Vers. 30. 31. — *Dabo prodigia in celo, et in terra, sanguinem, et ignem, et vaporem sumi. Sol convertetur in tenebras, et Luna in sanguinem, unquam renat dies Domini magnus et horribilis: et omnes qui invocaverit nomen Domini, salvis erit.* Itaque toto continuatu illo suadere festinal, quod cum 495 dies Domini, id est, tempus ultimi iudicij cum tanta sit potentia et fragore venturum, ut trepidantibus percussisque siderebus, machina ista velut comb. sta dissiliat, ac sola fides sit quæ agmina piorum, mundo collibente, tinetur: debet illos Evangelio credere, si pervenire cupiant ad salutem. Quia ergo non explanandi prophetæ, sed prædicandi Evangelii curam beatus Petrus susceperebat, tantum ex dictis ejus quantum sibi conducebat, arripuit: nec per hoc utique illam explanationem, quam facit contextus, prophetici operis abrogavit. Quod ideo breviter admonemus, ut illorum repudietur ^a audacia, qui temore imperiteque contendunt, hoc solum tempus a propria indicatiuncula fuisse, de quo Petrus Apostolus disputavit: cum operis, inquam, tota contextio primo populi Iudeorum, deinceps vero nostra tempora quasi cunctum doceat [Ant. doceatur] amplecti. Sicut ergo non officit sigilliū propheticō, ad Evangeliū negotia transferendo, quod historianū Iudaicā totum volumen exsequitur: ita etiam īmo longe magis apud electorum duntaxat eruditum, nunquam sinunt consequentia fidem negare, si qua prædictio ex Gentibus, quoque credentium queat negotiis applicari.

Videamus ergo, quemadmodum tenor quasi historicæ explanationis inredat. Sub beato nempe Ezechia sanctum Iohannem prophetasse colligimus: cuius regis ætate, et gravia institere certamina, et ingentia miracula. Inter ceteras autem clades, quibus et decem Tribus usque ad translationem legitur afflita, nonnullæ civitates, de Iudea quoque et Benjamin sortitus, corruerunt: morbo quoque Iudeos, et penuria laborasse reprehendimus. Denique, cum Rapsaces alloqueretur obsessos, et denunciatet interitum, nisi regi Assyrio se protinus dedissent, mala quoque eis famis ac sitiis toleranda promittit. Et pro-

^a Haud scio, num magnus Hieronymus Rusino ab ipso, quum suumq[ue] invicem essent inimicitiae, iniquis haberi potuit, atque acris reprobendi. Ipse enim vero est, quem Noster, ut s[ecundu]s alias suggerit, ita nunc audacie temeritatis atque imperitiae accusat: siquidem ipse idem est, qui totam Propheticam sententiam ad reparatae per Christum salutis tempora et resert, et referendam pluribus contendit. Quum igitur, inquit, Petrus illo tempore, quo parsus est Dominus, prophetam Joeli predictam esse memore, hoc tantum quærimus, quomodo ei superiora et media, et quæ sequuntur usque ad finem voluntatis sibi valeant coharrere, etc. Relatis deinde singulis per ordinem locis, a principio usque ad eum ubi scriptum est, Magnus dies Domini et terribilis, etc., atque exinde usque ad hunc, *Effundam spiritu meo super omnem carnem, etc.*, videri autem subiectum propositum textum servasse sermonis. Quæ sequuntur, tameis, quod minime ipse distilitur, paulo difficultiora, coaptat latens, ostenditque ex ipso Iudiciorum sensu, quæ promissa sunt, in Christo esse completa: in hoc, inquietis, tantummodo discrepantes, quod illi futura contendunt, nos jam facta convinimus. Adeo et portenta illa carni terraeque eo resert. In celo, inquit, quia Sol est versus in tenebras, et

Apter hoc ergo eis misericors Dominus pollicetur, quia tristib[us] in læta mutatis, damna quoque penitiae suppleantur. Sed quam seriem rerum et temporum fecerit, audiamus. *Effundam spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filiae vestrae, senes vestri somnia somniabant, et juvenes vestri visiones videbunt.* Sed et super seruos et ancillas in diebus illis effundam spiritum meum, et dabo prodigia in celo sursum. Prophetico nempe ore instructa missio. Nam postquam vita præsentis commoda percurrit, spiritualia junxit insignia, quibus 498 utique populus Dei præcipue gloriabatur. Consequenter itaque pollicetur, quia præter ista, ut diximus, corporalia bona, revelationum quoque sunt oruamenta captiuri, et spiritualium donorum abundantiam consequuntur. Ergo quod ait, *Effundam spiritum meum super omnem carnem, et utrumque sexum, et variam significavit æatem.* Denique sequitur, *Prophetabunt filii vestri, et filie vestrae: et senes vestri somnia somniabant, et juvenes vestri visiones ridebunt.* Diversis videbunt revelationum speciebus, ea quæ sunt ventura consipient. Sed et super seruos, et ancillas effundam spiritum meum, id est, ab his sanctitatis insignibus sicut nulla actas, ita nec conditio, quæ vilis patitur, excludetur. Ceterum et in seruos, si donorum talium inveniuntur capaces, sacra h[ab]eant inundatio committatur. Omnia beati Ezechiae temporibus, quasi primo duntaxat gradu dicuntur implenda. Quia enim ingruentibus periculis in graves est coartatus angustias, et contra spem vicinarum gentium sola religione defensus, id est tempus ipsum cum magno ambitu, et sub pari schematica prophetæ describit, ad exprimentem nimis potentiam Dei, cuius opus ex tanto diluvio civitas potuisse emergere. Secundum quem sensum, ordinata nimis ratione redeuntium copiarum, etiam dona Spiritus, id est, revelationum promisit insignia, quibus ille populus ad Deum specialiter pertinere proderetur: et id est, deberet inter adversa considerare, quandoquidem non possit viliter disperire, qui carus Deo percutit etiam preciosus existaret. Ita autem de quo loquimur attestante prophetâ, colligimus etiam somniis aliquid quasi minoribus et familiariis oraculis, quod ad consolandum valeret, fuisse monstratum. Cujus loci sane occasione, distinguendum videtur quod in Deuteronomio (Cap. 18.) legitimus, id est, ne somniis crederemus. Quoniam enim nunc somnia ad sancti Spiritus dona referuntur, si illuc eis peccatis fides abrogata crederetur? Unde apparet, cum utraque sit pari auctoritate sententia, discrimen rationis adhibenduin, ac si persona somnianteis causa congruerit: ut sicut illa reverenda

C *Luna in sanguinem: in terra, quia tum vehementi et insolito motu terra contremuit, ut monasteria aperla, et saza disrupta sint.* Et post aliquanta, *Sol quoque est versus in tenebras, quando pendenter Dominum sumum videre non ausus est;* et *Luna in sanguinem, quod audi juria historiarum factum esse credamus, et ab Evangelistis silentio prætermissemus, neque enim omnia quæ fecit Jesus, scripta referuntur, etc., aut certe, etc. Dies autem Domini magnus et horribilis, aut Resurrectionis esse credendus est, aut certe multa post tempora dies Iudicij. Sed quia sequitur, *Et erit, omnis qui invocaverit nomen Domini, salvis erit, magis de Resurrectionis die intelligendum est.* Denique, *Verbum quoque effusionis ostendit munieris largitatem, quod nequaquam in paucos Prophetas (ut olim fiebat in veteri Testamento), sed in omnibus credentes, in nomine Salvatoris, Spiritus sancti dona descenderint, etc.* Senes quoque viderunt somnia, quando Paulus jam senes addivit virum Macedonem, etc. Haec vos pauci Lectori ob oculos pavimus, ut qua injuria ab Auctore nostro contumeliose excipiantur, judicet. De ipsiusuel personæ ex hujus quoque occasione loci, pluribus in Præstatione disserimus.*

de meritis, ita ista sit de suis testimata ponderibus : intelligamus adminiculum aliquod per somnia contigitisse. Si vero nihil adsit testimonii, quondam vel tempus, vel persona mereatur, imagines somniorum legali esse auctoritate temnendas.

497 Sed quae jam ab eo late adjecta diximus, audiamus. Dabo, inquit, prodigia in celo et in terra, sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol convertebitur in tenebras, et Luna in sanguinem, antequam viciat dies Domini magnus et horribilis ; et omnis qui invocaverit nomen Domini, salvis erit. Consuetudo prophetica est, ut quot ens annunciatur Deus vel ad propagandum, vel ad uelutinum cum indignatione co-surgens, mutata polorum facies, et elementa ipsa trepidantia describantur. Quale est illud apud beatum David, qui occursum et habitum astherae propagulatoris effugiens, Ascendens, inquit, sumus in aere ejus, et ignis a facie ejus exardescet, carbones succensi sunt ab eo, inclinavit caelos, et descendit, et reliquo. Secundum hunc ergo modum, ut diximus, ex legi more venientem, etiam nunc propheta sub tempore animadversionis caelitus inferentiae, elementa ignibus pervadenda, sidera vel sumo vestienda, vel a sanguine, natura primiti. Non quod ita haec ut dicuntur effecta sint, sed vel quod ejusmodi apparatus celorum praesuli conveniret, vel ita facilem effectum ejus sententia diceret, quasi eam confundens orbis, et cursitania elementa perducerent : quod tanta postremo reorum animos occuparet anxietas, ac si polorum machina solveretur, atque Luna sanguinesceret, terra cinecseret, astra nigrescerent. Quod ergo metuendum animis accidebat, sic narratur, quasi ipsis eveniret elementa : ultima siquidem illa creditur et una convulsio, sub ipso videlicet fine mundi, vel terris, vel sideribus inferenda. Illo autem prophetae (de quo discerimus) in tempore, non caelo ac terris (ut supra dixi) ejusmodi perturbatio, sed solis reorum mentibus incidisse (Ant. insidisse) est. Cujus quoniam speciem modumque comprehendimus, narrationis quoque se-riem investigemus.

Pronunciari ergo illa omnia, quae beati Ezechiae temporibus leguntur impleta. Quia enim decem iam tribubus ad Medorum arva translati, in Iudea fines Assyrios irrupit exercitus : et cum Sennacherib urbes alias obsideret, ad Jerusalem Rapsacem quendam cum magna copiarum parte direxit, qui ad deditio-nem populos (ut supra dicere coeperamus) Hebraico sermone, cuius erat peritus, illiceret : coeperunt impendere qui muris praeferunt postulare, ut Syro sermone, et non Hebraico loqueretur. Tunc Rapsaces pondus maximus terroris adiicit, assenserens se clades maximaque perniciem, non paucis sternimatisbus, ceterum universae genti, nisi imperium recipere, attulisse. Quibus minis adeo et beatus Ezechias, et reliqua sunt ipsius populi communitate, ut ad Isaiam prophetam toto lacrymarum ambitu verterentur, dicens : Venerant filii usque ad partum, et virtus non est pariendi, id est, in eam se coarctationem spiritus pervenisse, quam tempore partus edendi a usu filii, si virtus non esset in pariente, sentirent. Sub illo ergo astu imminentis discriminis Ezechia Iudeis que positi, et Sol nimurum videbatur in tenebris, et in sanguinem Luna converti, antequam veniret dies Domini magnus et horribilis, qui illam videlicet mortem atrocis exitii transferret a populo Iudeorum, et ad Assyrios subita virtute converteret. Horribilem **498** proinde diem Domini et magnum vocavit, non quod tristis esset fidibus, sed quod operis maiestate reverendus.

Denique sequitur : [Vers. 32.] Et erit : omnis qui invocaverit nomen Domini, salvs erit. Quia in monte Syon, et in Jerusalem erit salvatio. In illo inquam monte, in quo minimum defensionis fore paulo ante virium pollicebatur attrito : in illa, inquam, urbe, quae

A populos suos libertati, sicut edendos unundo huic filios mater imbecilla [imbecillis] conceperat, imo quae pariendi viribus destituta, indubitate fuit minaretur exitum, apparuit subito tamen gloria descensio, ut praeter eam nusquam esset certa salvatio. Et erit : omnis qui invocaverit nomen Domini, salvs erit. Quia in monte Syon et in Jerusalem erit salvatio, sicut dicit Dominus, et in residuis quos Dominus vocaverit. Hac autem universa, quae cum summa propugnatoria Dei nostri laude perfecta sunt, tempore Incarnationis Dominicae cumulatius in donis spiritualibus docentur impleta : ita ut ipsa quae patrum temporibus praesessere miracula, non solum historicain, sed etiam propheticam vim habuisse violentur : quippe ad corum significacionem valentia, quae longe post redderentur. Sic enim tempore Dominicæ Passionis, cum acerbissimam mortem vitæ auctori intraret, diem medium nox improvisa subduxit. A sexta, inquit, hora tenebræ factæ sunt usque ad horum nonam (Matth. 24.) : ut quod splendoris ingeniti decus atro sydus ore depositus, ad officium videtur vel lugentis respicere, vel timentis : quia nolent contumeliam creatoris, vel Iudeorum factus intueri, antequam dies Domini magnus et horribilis adveniret : videlicet, antequam gloria resurrectionis emicaret : vel certe dies ille quem Dominus noster in Evangelio, quasi sub gemina narratione digresserit. Nam cum ultimi temporis signa contraderet, prius Jerosolymorum descripsit exitum, et quibus calamitatibus Iudeorum regio completeretur. Sicut ergo illic eversioni Jerosolymorum finem orbis adjunxit, ita etiam omnis ista apud prophetam elementorum astrorumque concusso, plene sub mundi fine peragetur : Quando, ut ait Beatus Petrus, celi ardentes magno impetu transibunt : et elementa ignium ardoribus decoquentur (2. Petr. 5. 10.). Tunc [Ant. Nunc] enim fides sola proteget suos, et qui invocaverit nomen Domini, salvs erit. Quia in monte Syon, et in Jerusalem erit salvatio, sicut dicit Dominus ; et in residuis, quos Dominus vocaverit. Jerusalem, inquit, caelestis, quae est misteriorum, municipiorum adscribentur omnes qui ad gaudia exter-na migrabunt : qui tamen omnes residui nominantur, quia multi sunt vocati, pauci autem electi (Matth. 13.). Sed videamus et reliqua.

CAPUT III.

Vers. 1.-5. — Quia ecce in diebus illis et in tempore illo, cum convertero captivitatem Iudeæ et Jerusalem : congregabo omnes Gentes, et adducam [Ali. deducam] eas in vallem Josaphat : et disceptabo cum eis ibi super populo meo, et hereditate mea Israel, quos disperserunt in nationibus, et terram diviserunt meam. Et super populum meum miserunt sortem, et posuerunt puerum in prostibulum, et pueram vendiderunt pro via ut biberent. Terminato illius, quae in longum processerat [Ant. praecesserat], significationis excursu, **499** revertitur ad tempora, de quibus vaticinium fuerat exorsus, et immoratur eis quae propediem cernit iunplenda : ut vel eorum attestatione confirmet etiam illorum fidei, quae longe post ventura promisit : vel ut ostendat se non depositisse studium consulendi, per hoc quod impetum vaticinantum assumerit ; ac si diceret : Si illa quae olim ventura sunt temporis rationibus invitentur, nunc vero quod instat et imminet, exsequiannur. Nempe jam decem Tribus, Assyro transferente, migrarunt, Iudea in sortem infestus populatur exercitus, nec spes ulla virium, quibus obsistamus, remansit. Denuncio ergo quod nunc potissimum propognator occurrat, et captivitatem populi sui, Iudea scilicet, quae jam videbatur inhiare, depellat, ac post desperationem salutis ejus, ultionis gloriam quae toto celebretur orbe, contribuat. Cum enim ad obsidionem Jerosolymitarum Assyria multitudine convenerit, ita eos, inquit, faciat subiacere

^a Magis placeret sanguinis ; sensus nempe est, sidera in sanguinis naturam convertenda.

^b Sed neque heic usu placet ; fortasse usque rescribendum est, aut quid simile.

vindictæ, ut non tam ad bellum concitati, quam ad tribunal videantur exhibiti. Cum ergo cōpore discepcionem movere in valle Josaphat, remunerabo Assyrīis diversisque hostibus, quod merentur, ut et processus absumat immissa perniciēs, et malis captivitatis gens relieta subjaceat : atque populi mei filii qui in servitutem, aut turpitudinem vendiderunt, ipsi quoque patientur arbitria nundinantium : sentiantque quales sint anteacta fructus audacie, qui ob hoc, quo: mea nuper arva perverserint, patientur agrorum suorum acerbissimos divisores.

Vers. 4.-8. — Verum quid vobis ei mihi, Tyrus et Sidon, et omnis terminus Palæstinorū? Nunquid ultionem vos redditis mihi, et uicissimini vos contra me? Cito relocte reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Argentum enim meum et aurum tristis : et desiderabilia mea et pulcherrima intulisti in delubra restra. Et filios Iuda, et filios Jerusalem vendidistis filiis Græcorū, ut longe saceretis eos de finibus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis eos : et convertam retributionem vestram in caput vestrum. Et vendam filios vestros, et filias vestras in manibus filiorum Iuda, et venundabunt eos Sabæi, genti longinquæ, quia Dominus loquutus est. Vicinorum, quibus circumdati erant Iudei, iniquitatem et odium, vel levis sæpe detegebat occasio. Nam 500 quoniam propriis viribus Iudeos oppugnare non poterant, majorum hostium jungabantur agminibus. Quod eorum facinus carnem accusans, Tabernaculum, inquit, Idumæorum, et Ismaelitæ, Moab et Agagenses, Gebal et Ammon, et Amalech, et alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur renui cum illis : facti sunt in susceptionem filiis Loth (Psalm. 82.). Secundum hunc ergo morem, conterimus nationes ad evertendam Syon cum Assyrīis copias miscuerint, convenient eos divini censura seruonis, et quasi caussam ab eis talis poscit injuria. Deinceps vero convictorum et lacentium parti respondit, ne forte memoriam præteriti doloris assumerint : quando videlicet filii Irael egressi de Ægypto, Jesu Nave duce, terram Cœlum reprobationis intrarunt, et tradidit sibi certis di-

• Libri alii cum Hebræo, redditis mihi, et si uolunt, etc.

b Ptolemæi Arabia Sabæos collocat Mocoretas inter et Anchitas supra montem Climacum. Agatharchides quoque Sabæorum gentem omnium maximam vocat, κατὰ τὴν Ἀράβιαν, per Arabiam. Eustathius in Dionysium eosdem putat, quos hic Sabas, Σάβας vocat, eosque proprie Arabiam Εὐδαιμονία, Fælicem, habitare tradit. Sed postea ex eodem Dionysio, et in Perside inveniri eos, notat, εὑροντες δι κατ Βερσεχαί. Præterea i. India, xxi. ἱδικὸν ἔθνος οἱ Σάβαι εὐρεῖσθαι. Denique in Thracia, ἡστὸν δὲ κοινὸν ὄθνος Θρακίου Σάβαι. His addo Hieronymum in eundem hunc Joeli locum. Sabaim, inquit, gens trans Indianum dicitur, de qua fuit et Regina Saba, quæ vnit, etc. Licet quidam Sabæos Arabes suspicentur. Jam itaque inter varias Auctorum sententias, neminem videt, qui cum Nostro faciat, et Merœn interpretetur, sive ex illa peninsula aut insula Æthiopiam sub Ægypto, Sabæos accersat. Etenim Merœ regio cum ejusdem nominis oppido, Nilum inter et Astaborum fluvios jacet, quod Veteres ac recentiores Geographi traduunt. Accepis-e autem Noster videtur, non ab Æthiopicis, ut credi vult, Scriptoribus, sed abs Josepho, qui lib. VII. Antiquit. cap. 2. Regiam Sabi, quæ ad Salomonem venit, Æthiopia leginam suisse arbitratu-s est, et superius, sive libro II. cap. 5. urbem Sabam regiam Æthiopiam vocat, quam postea Cambyses Merœn de sororis sue nomine appellavit. Nor vero negarim, suisse etiam in Æthiopia Sabam et Sabæos, sed propositum locum quod spectat, ausum Auctoriem nostrum erroris arguere, itaque illum, Josephum inquam, a quo sibi lucum fieri passus est. Ut enim omittam, Æthiopia Savam minime e-se thuri fertilitate celebrem, ut ea est maxime in Arabia Fælice prope: inum Arabicum, quo

A mentionibus possederunt. Numquid ergo rebellis spiritu illud, ait, tempus paratis uincisci? et quasi inventa opportunitate, occupatos fines recuperare contendis? Sed si ejusmodi vos meditatio concitat, et imbecillitatem, et profanitatem vestram irruens vindicta convincet. Non solum enim nihil valebitis de antiquis mutare decretis, sed sub ipsorum potestate sistetis, quos oppressum ire vestris conspirationibus aestimatis. Per species autem varias mala captivitatis enumerat, quæ pro nocentium nimirum arbitriis inferuntur. Atque ideo, cum dixisset, quia aurum et argentum aviditate prædantium sustulissent, addidit, et desiderabiliæ mea, et pulcherrima intulisti in delubra restra, ut vel reliquam videlicet suppelliciem, vel monilia diversa signare. Cum his etiam domorum ornamenti etiam pignora misericordium venundedisti: quod qualem orbatis parentibus crevit dolorem, illatu [Ant. illatum] vicissitudinis sentieris. Eo quippe, enjus judicia convulsum ire tentatis, vindicante, tempus adveniet, ut non solum gaudia Judæi liberationis adquirant, sed etiam vindictæ voluptate pascantur, dentique venum vestitos filii non vicinis gentibus (a quibus sperent recursum), sed populis b Saba, quem Gentiles literæ Merœn vocarunt. Quod totum sane vel statim post Assyriorum exitum, vel post reversionem de captivitate Babylonia, Machabæorum tempore: ibus videtur implementum. Notandum autem, quia non omnia quæ illis sunt gesta temporibus, ad spiritalem intelligentiam, id est, significacionem Evangelici munieris probabiliter 501 c transferuntur, sicut alia quæ paulo ante diximus de communione siderum, de magnitudine prodigiorum, de effusione donorum: quæ et illis videlicet temporibus configerunt, et sub Dominicæ passione, vel ultimo ejus Judicio cumulatius impleta implendaque creduntur. Haud ergo, inquam, ea modo cuncta, quæ his propheta subtexuit, ad spiritalem intelligentiam copulantur. Quos enim Tyrios, quosve Sidonios, vel reliquos Palæstinorū terminos ambientes, præter simplicem intelligentiam suscibimus, ut eos fidelium liberos vendidisse flinga-

nomine in Scriptoris laudatur : illa, sive quæ in Æthiopia est, per Samech scribitur סָמֵךְ, hæc vera Arabia אַבָּא per Shin. Probe utramque distinguit Psalm. 72. v. 16. munera offerent reges אַבָּא, Shaba et Saba : quorum primum Græcus Interpres Αφέων, ex eoque vulgatus Arabum verit, alterum Saba. Nimirum hic etiam, cuius causa huc disseminatus Joeli locus per Shin scribitur שָׁנִים, ut minime de Æthiopicis, sed utique Arabibus Sabæis intelligas sermonem esse.

D • Persequitur Hieronymianam expositionem hujus quoque loci carpere, quam Saneus quidem Pater primo ex Hebræorum ipsis traditionibus expressit, qui propheticam sententiam impletam non diffitentur tempore captivitatis Judaicæ, quando victimi ipsi sunt a Romanis. Sed et valde congrua in eam rationes ipse subnecit : quia, inquietus, post diem Domini magnum, et horribilem hæc futura dicuntur, quæ Apostoli in Resurrectione Domini interpretantur... magis de Romanis est intelligentium, quod Vespasianus et Titus Roma Templo Pacis adificato, rasa Templi, & universa donaria in delubra illius consecrarent. E paulo post : Hoc illi (Judæi) reserunt, ut ultionem Sanguinis Christi et subversionem Jerusalem, quæ Dei iudicio accedit contra Tyrum et Sydonem per se ucidisse confirmant. Nos autem juxta cæptam tropologiam, Tyrum et Sidonem et Palæstinos eos interpretemus, qui Dei populum coangustant, et tribulant, etc. Tum, Hereticus quoscunque deceperit, et sua fecerit adorare simulacra, filios Iuda et filios Jerusalem vendit Græcia, sive Gentilibus, et eos de Christianis Ethnico-s facit, ut exterminet de finibus suis, etc. Haec sunt quæ Nobis pergit singula exigitare. Jurene, an injuria, penes Lectorum auditum judicium esto.

mus? Quos si tamen, quia e pelleterat ad vitia, venum etiam tradidisse singamus [Ant. singantur], quomodo eis tandem vicissitudinem communabatur, ut nos videlicet mercatoribus Sabaeis cornu denovo filios contradamus? Proinde tenenda illa intelligentiae regula, ut cum tenore simplici instituta currat oratio; per excessus interdum vaticinio congruentes, ea intonsent, quæ futuri etiam possint convenire mysteriis. Sed peracto rursus officio, ad propinquum sui temporis res ducatur; ac per consequentiam, vel communionis, vel exhortationis mecedat. Unde et beatus Joel, postquam impetu prophetandi extremis etiam seculis ventura, sed breviter, indicavit, ad temporis sui rationem revertitur: conterminisque hostibus extixa communatus, pergit ea gaudia, quæ jam appropriare conpixerat, explicare, ut et loupe post b' venturis fidem faciant, quæ propediem denunciat exhibenda: et eos, quibus consolationem parat, percipienda jucunditate perfundat. Pompa autem subrogat, ut instituteral, nunciandis.

Vers. 9.-12. — *Clamite hoc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate robustos. Accedant, ascendant omnes viri bellatores. Concidite aratra vestra in gladios, et ligantes vestros in lanceas. Infirmi dicat, Quia fortis ego sum. Erumpite, et venite omnes gentes de circuitu, et congregamini: ibi occumberet faciet Dominus robustos tuos. Et consurgant, et ascendant gentes in valle Josaphat. Quanta belli cupiditate ad everzionem Iudearum concenderent, imagine exhortationis hujus, vim judicii continentis, expressit. Omnis, inquit, cultor agrorum arma corripuit, in gladios falces, et vomeres in pila mutarunt. Nonnulli etiam vel iubici litate corporis, vel præjudicio senectutis negligens bellicis abnuentia, tamquam sponte ad prælia cùccurrerunt: præ multitudine vnde fecerit copiarum, quas tam Assyrius bellum princeps, 502 quam reliqui militi et contermini hostes trahebant, indubitate se potius Victoria suis, facientes: qui sane propagandoris nostri profundum consilium d' noscitis. Nam cum ad vallem Josaphat, id est, ad obsidionem Jerosolymorum superbo, inquit, ac truci spiritu omnis vestris convenerunt multitudine, tunc in vos capiet versus justa pernicies. Et quoniam sic in me contumelias direxisti, sicut solebatis in obvios tela jaculari; inde trepidabit, id est, sentientis extitum, unde nequit suspicari omnino poterat. Id est, nullæ acties laborabunt adversus vos signa proferre, nec aliquis clamor pugnantium personabit: cat ruin omnes una nocte, ferente Angelo, corruebis: et quasi magis certainius incapaces, cum quodam despectu atque derisu, nocturna atque jocunda au- ea quies aeterno deceptos tradet sopori.*

Vers. 13.-16. — *Po, ali, populi in valle concisionis: quia iuxta est dies Domini in valle concisionis. Sol et Luna obnebrati sunt, et stellæ retrazerunt splendorem suum. Et Dominus de Syon rugiet, et de Jerusalem dubit vocem suam. Et movebuntur cœli et terra, et Dominus spes populi sui. Et fortitudo filiorum Israel. Rite, inquit, Josaphat vallis concisionis locus vocatur: sicut enim opinabantur hostes, istuc erat Iudeorum futura concilio. Verum quia eos spes profana*

^a *Pro pelleterunt, videtur vetus Editor maluisse popularunt, quod nihil est. Omnino autem quod mox erat librariorum vitium, ex quo omnis sensus deperiebat, non intellexit: lectum quippe haec tamen est, venam etiam tradidisse pro tenet, etc. quod nos restituimus. Auctor ad præpositum versiculum respicit. Et filios Iudeæ, et filios Jerusalem vendidisis filii Graecorum, etc.*

^b *Antea venis legebatur: quod ne typographi menduni putes, vetus Editor Italico, ut vocant, charactere distinxerat, et pro sacri contextus verbo accepit.*

^c *Heic verbum Accedant, quod subsequentis similitudine ne exciderat: tum illud vestra, post aratra: deinde Dominus, post faciet, quæ et in Hebreo, et in libris plerique omnibus habentur, sufficiamus.*

A dentant, et mipropeat directa sententia ultioris, validæ concisionis, sed Assyriæ, nominabitur: ad quam primo cum hostiles copiae convenienter, tanta in Jerosolymis conclusos anxietas et formido pervasit, ut eis neque magna quicquam astra lucent. Verum cum ulcisendi operam Omnipotens propugnator assumeret, illæ tenebrae quas angor animi crebat, barbarorum et animis et oculis incidenter: alique ad vindicandum Deus noster tanta maiestate proslivit, ut non solum clancrum instar bellantium dacum, sed rugitus quosdam videretur et fremitus edidisse. Quorum videlicet virtutem et magnitudinem haud solius corda hominum, sed nec ipsa posset elementa proferre. Ait quippe: *Dominus de Syon rugiet, et de Ierusalem dabit vocem suam: et movebuntur cœli ac terra. Et Dominus spes populi sui, et fortitudo filiorum Iudeæ in Jerusalem. Fiel ergo, ut diximus, sua conversio, ut tenebras, quas nequaque astra, sed timorem pectoribus insidentes, Iudeorum primo genus senserat, deinceps ita hostium turba patiatur, ut videantur et astra nigrescere, et elementa mutantur. Filii ergo Iraelis fortitudo continget, 503 et scientique docti rurum periculis, quia Deus eorum dominus sit universa terra, qui tamen in modis Syon ob nimiam clementiam dignetur habite.*

Vers. 17, 18. — *Et erit Jerusalem sancta, et iei non transibunt per eam amplius. Et erit in die illa, stillabunt montes dum cedinem, et colles fluent lacu, et per omnes rivos Iudea ibunt aquæ. Facies, inquit, letitius regionis de tristibus in lata mutabitur. Et quemam peculiare nostræ gentis insigne est, ut sancta dicatur, non solum Templum, sed etiam tota urbs maxima ita reverenda faciet admiratio prosperorum, ut nequo eam profanis adire posse credatur. Dulcem autem libertatem tanta consequetur ubertas, ut non solum de alveariis [Al. alvariis] aut arboribus, sed de ipsis montibus videantur mollis defluere, alique in fontanorum ritorum gratiam torrentes quique mulari, ut continue videbent fluentium copiam non depellant. Hanc autem, inquit, novam venarum felicitatem, de illo fonte, qui de domo Dei erumpit ^f adytis, consequentur. Quæ omnia utique vel pro exaggeratione dicuntur, vel quod populi, recuperata salme gaudentes, ejusmodi patientur affectus: ut sicut supra tristibus, et in ultimo discrimine constitutis obscurari astra et elementa tremere videbantur; ita rursus gaudiæ effusione, temuletis lac videbatur manare de rupibus, molle de montibus, torrentes emulari fontibus, variisque floribus non solu praæ, sed etiam saxa vernare: fontem quoque egressam iri de domo Dei, qui torrentum spinorum riget, id est, loca quæ erant veribus occupata, faciat opportuna culturam, per id quod continuo rigationis fons supra suppeditat. Capit jam iste contextus, quo Ierusalem felicitas predicatur, etiam Ecclesie sacramenta, quæ et impugnationem adversarie potestatis, et Iudeorum pariter Gentiliumque perpessa est, sed cunctis eis ad nihilum, aquæ instar, dilatibus ubilibi more convaluit, et ad fines orbis terre vina dilatata processit, oppressaque idolorum profanitate, convaluit, atque in quodam solo percepit dominum*

^d *Aut nescitis, aut quid simile describendum videatur.*

^e *Adludit subsequentis versiculi 17. priorem partem: Et accedit, quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion morte sancto meo. Ex quo etiam loca discere est, quam diversa olim ab ea, quæ: uac oblineat, esset versuum partitio.*

^f *Corremus ita nos, qui de domo Dei erumpit adytis, consequentur; id est, populi, sive geni mei, quæ in domo laudata est, obtinebunt. Antea vitiosæ, et nullæ sensu, de domo Dei erumpit, adytis consequentur. Adludit Auctor propositi versiculi 18. alteram quam facit partem, et fons de domo Domini egreditur, et irrigabit torrentem spinarum.*

tionis augusta dignitate consedit: quantumque ad institutionis ejus regulas aspicit, ita praeceptorum sanctitate valita est, ut nemo valeat per eam alienus, id est, profanus criminosusque transire. Quidam! cum pro ea se Christus tradiderit, ut exhiberet sibi ecclesiam non habentem maculam aut rugam (*Ephes. 5.*), sed quae sancta et immaculata consistet. Hoc ergo virgo aeterni regis dicata consortio, situt in praesenti ab improbis quibusque virtutum institutione, ita in futuro seculo, praeiorum quoque **504** felicitate dirimitur, ut nemo in eis tabernacula his conquiescat, nisi qui ingreditur sine macula (*Psal. 14.*), operaturque justitiam. Cui ergo municipatus illius felicitate [F. felicitatis] aeterna contigerit, ita inebriabitur ubertate domus Dei (*Psal. 55.*), ut voluntatis sancte quodam torrente potetur, sentiatque, dolorem aut mororem pariter aufugias. Quia beatitudine sicut plena resurrectionis tempore conferetur, ita et in hac vita partem ejus maximam sibi Apostoli eorumque discipuli vendicarunt. A persecutoribus siquidem verberati, letabantur, quia meruerint pro nomine Christi consummationem pati (*Act. 5.*). De his ergo celis montibus doctrinarum salutarium videamus mella fluxisse. Teste enim propheta, dulcia sunt piorum fancibus eloquia Dei, super suavitatem mellis ac savi (*Psal. 18.*). De Apostolorum, inquam, pectoribus vivificantia uento fluenta manabant, et ex dumetis, in que [Ant. qua] inciderant, picta floribus ingravata frugibus arva reddeban. Quidam! cum abundantiam de illo fonte perciperent, ex quo qui bibisset, non

A sitiebat interis, sed flumina de ventre illius fluabant aquae viventis (*Joan. 14.*). Per haec itaque donorum incrementa conspicuus ad cumulum felicitatis, vindictae dulcedinem pollicetur.

Vers. 19. — *Ægyptus*, inquit, in desolatione erit, Idumæa in desertum perditionis, pro eo quod inique egerint in filios Juda. Et effunderunt sanguinem innocentem in terra sua. Conclusi ad temporis sui vaticinium propheta sermonem. Et sicut supra Tyriis ac Sydoniis denunciat vicissitudinem calamitatis: ita nunc Ægyptiis, et Idumæis ob eadem scelera minatur. Quod quidem nos ad Ecclesie negotium ea poterimus ratione transferre, si Idumæos et Ægyptios, crudeles ac tenebrosos animos nominemus.

B Vers. 20. 21. — *Et Iudeam eternum ædificabitur, et Jerusalem in generatione et generationem.* Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundaveram, et Dominus conmorabitur in Sion. Assyriis, inquit, aliisque populis, qui cum eis arma sociaverant, mirabili ultione deleitis, incole Syon in omnibus spebus et actibus augebuntur, curisque religionis assumunt meque sicut protectore, conspicui. Quod sicut ex parte sub Ezechia legitus electum, ita etiam cumularius sub Dei et hominum mediatore prædicamus impletum. Mortuus est siquidem propter delicta nostra, resurrexit propter justificationem nostram (*Rom. 4.*), ut justificati ex filie parente habeamus ad Dominum: qui conmorari se in media Syon urbe promisit dicendo, *Ecce ego vobis sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi* (*Matt. 28.*).

* Antiquarii videtur errore scriptum ædificabitur, nam et Hebreus 12⁷, et Hieronymiani libri omnes habitabitur, perferant.

COMMENTARIUS IN AMOS PROPHETAM.

505 Explanacione sancti Joelis, prout captus nobis, adjuvante Deo, protulit, absoluta, ipsa munera sericea vocamur ad tertium prophetam, qui dicitur Amos, virum non minus generis humilitatem, quam virtutis eminentia gloriantem. Nullis quippe parentum cultus insignibus, solis meritis ut in prophetarum numero locaretur, obtinuit: prophetarum, inquam, qui non solum magisterium Synagogæ, sed etiam fundementum Ecclesie præstiterunt, teste magistro Gentium, qui æditacri Ecclesiam super doctrinam apostolorum prophetarumque (*Eph. s. 2.*), commendat. Ergo ad illum cœtum sidera luce radiantem, etsi nullo adjuto clariorum natalium, morum tamen, ut diximus, ac totius vite sanctæ profectus est; abunde ipso, etiam si nihil sermone docuisse, probaturus exemplum, quia ad capescendam veram felicitatis gloriam, pietas mentis devotioque sufficeret, quandoquidem impedimentum ei nec paupertas possit nec obscuritas comparare. Et quia quantum meruit cognovimus, quid docuerit audiatus.

CAPUT PRIMUM.

Vers. 1.—*Verba Amos, qui fuit in pastoralibus Thœcœ* [Al. Thœcœ]: quæ vidit super Israel in diebus Ozias regis Juda, et in diebus Jeroboam filii Joas regis Israel, ante duos annos terræ motus, et dixit. Animadversus primo, quod eadem sunt hujus tempora, quæ etiam precedentium prophetarum, Osee videlicet et

C Joelis, tum siquidem cum maxime in decem Tribus, que **506** Israel appellantur, servabat impetas, et omnino quasi discernendi [Ant. discernendis] luminibus effossis, tenbras, quibus se induerat, populus diligebat, ita ut nec salutaribus monitis, nec severis verberibus quicquam omnino resipiceret, sed impietati impudentiam copulantes, ut culpas suas pariter et miseras viderentur amplecti. Quia ergo Dominus noster muneri se ultionis accingens, id ipsum variis prænunciabat modis, quippe cum emendandi potius, quam puniendi conmoveret intentio, prænunciat quæ se noverit illatorum. Ante duos, inquit, annos quam prodigiali motu terra quateretur, quod factum esse, licet Regum non predat historia, tamen nos ipso propheca sumus auctore contenti: nec dubitamus indicem ventura calamitatis terrarum commotionem preisse. Ergo per interposita temporum spacia, quæ vindictam et serius differebant, ut de emendatione cogitet, populus admonetur, et sit pompa terroris, ne molem ipsam terrarum incipiatur experiri. Que sane dispensatio cum nihil apud illos promovet, non solum securitate, sed excusatione privatitur. Concionatoris autem ipsius, qui revelationum magnitudine sublimetur, animadvertisenda mediocritas est: quia istam qua inclinavit digitatem, solorum cum esset morum, non etiam natalium, sicut alii, suffragio consecutus (quorum videlicet maiores in titulis collocantur) tamen viem qua exercitus erat, non celavit industria: sed in

D CAPUT SECUNDUM.

* Antea serio legebatur, pro quo scribius: escriptus.